



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

39. Si sit Princeps Ecclesiasticus, vt Ecclesiæ bona, iuraq[ue] tueatur  
Cruce armatus prodit, & plus obtinet, quàm signis militaribus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

cum doloris significatione reddidit. Corpus, post triginta dies exhumatum integrum repertum est, per omnia suauiter dormienti, quam aut mortuo, aut ægrotanti similis. Et fuere in magna hominum ad spectaculum confluentium turba, qui viuere crederent.

*Vita S. Corbiniani 8. Sept. Marcus Velsus lib. 4. Boica Matthaus Rader. in Bauaria Sancta. Vitus Arenbeckius in Chronicis Baioariorum. Obijt anno DCC. XXX.*

## IX.

## AMATOR CRUCIFIXI

*si sit Princeps Ecclesiasticus, ut Ecclesia bona iuraque tueatur, Cruce armatus prodit, & plus obtinet, quam signis militaribus.*

39.

**S.** HARTMANNVS ex Canonico Ab- S. HART-  
gustiniano, Episcopus Brixinensis, MANNVS  
fuit morum sanctitate & gloria defen- Episcopus  
sæ libertatis Ecclesiasticæ illustris. Is Brixini-  
quoties cæli desiderio capiebatur, ex sis.  
publicorum negotiorum pelago in vi-  
cinum Nouæ cellæ, cui à MARIA Gra-  
tiâ nomen indiderat, tanquam in por-  
tum confugiebat, vbi cælesti quiete pa-  
scebatur, & meliore diuinarum illustra-  
tionum

tionum , ac consolationum nectare  
mundabatur.

*Seceſſus  
amator.*

*Curator  
honorum  
Eccleſia-  
ſticorum.  
Signo Cru-  
cis muni-  
tus.*

Quem tamen ſeceſſum differebat, cū  
Reipublicæ uſus , & amittendæ dotis  
Eccleſiaſticæ periculum imminebat,  
Tum Hartmannus contra Dynaſtas,  
qui vel iura Episcopatus conuellere, vel  
prædia, caſtra, agrosque inuadere mo-  
liebantur, non clypeo vel haſta, vel co-  
pijs obarmatus, ſed ſacra Myſtarū acie  
cinctus, prælato Victicis SIGNO CRV-  
cis, in hoſtes prodibat. Nec quiſquam  
vel tam audax, vel impius & contumax  
fuit, qui ſic armati auctoritate, nomine,  
& fama ſanctitatis, imprimisque CRV-  
CIFI Domini virtute territus non il-  
lico ceſſerit; præſidiaque ab arcibus, ca-  
ſtris, aut agris non deduxerit, locum-  
que vacuefactum illi occupandum tra-  
diderit.

*CRVCE  
meruendus.*

EODem armaturæ genere meruendus,  
auſus eſt contra maximum, potentissi-  
mum, & inuictum Imperatorem Fride-  
ricum Ahenobardum venire, quando  
libertas Eccleſiaſtica operam illius ef-  
ſagrabat. Nam Adriano Pontifice  
Max. rebus humanis exemplo, cū de  
ſufficiendo Mundi Præſule, inter Car-  
dinales & Imperatorem vltimis odijs  
decertaretur, & melior pars Alexandro  
legi-

legitimo Pontifici adhæresceret, Imperator verò Victori triplex diadema conaretur imponere, eaque de re Fridericus ad Eberhardum Salisburgensem Archiepiscopum & Hartmannum, qui soli propè ex omni Germania Principis gratiam negligebant, litteras daret, nūquam à sententia potuit dimoueri. Et cum Imperator alios hoc nomine vexaret, proscriberet, eorumque fines omni genere cladum vexaret, huic viro pepercit, cælestem inferatus vindicem animaduersurum, si tantum Numinis amicum, & CRVCIS Amatorem offenderet. Benè cecinit de Hartmanno pius Poëta:

*Constanti*

*Cum tremere Latium formidandasq; secures*

*Cæsaris horreret summus in orbe Pater,*

*Hartmannus contra ferrum, contraq; secures*

*Cæsaris intrepidus Rege pauente stetit,*

*Tarpeiumq; caput saxumq; immobile Cepha-*

*Defendit contra Cæsaris arma CRUCE. a.*

*CEDANT ARMATA TOGÆ, PLYS ARMIS*

*PRÆSVL INERMIS*

*a Pedro in*

*quo Cruce?*

*SÆPE potest: sed cui militat ipse DEVS:*

*De S. Hartmanno Radenicus lib. 1. cap. 14.*

*Hundius metrop. Salisb. Baron. tome*

*xii. Henricus Canisius tom. 2. antiq. lect.*

*Auſtor vite S. Leopoldi Austrij. Ex qui-*

*bus & MS. Cænobij Pellingani Mar-*

*thaus Raderus in Bauaria Sancta tome*

*2. p. 262. Obijt c. 10. c. LXV. 23. Decemb.*

*E O*

*ANA-*